

## Tracta.

Qui honorat  
boiem hono-  
rat deū: et ecō  
uerfo.

Quadruplē  
babenda ra-  
tio in honorā  
dis hoībus.

Templū dei.

Preceteris  
honorandi.

cum. Tertio quia in huiusmodi debōno.  
ratione fratri debonatur deus q̄ sumi-  
me honorandus est: ad cuius imaginē fa-  
ctus est homo et cuius inhabitator ē. Ma-  
thei. xxv. Qd̄ vni ex minimis meis sc̄ci-  
fis mihi fecisti: qd̄ intelligitur taz in bo-  
no qz in malo. Quicunqz ergo inhonorat  
vnini de fratribus suis etiā de minimis:  
deum inhonorat. Ecōtra honore exhibi-  
to homini honoratur deus quia honor q̄  
exhibetur imagini potius exhibetur illi  
cuius est imago. Quarto notandum est  
q̄ habenda est discretio magna in bono  
ris exhibitione: et hoc quadrupliciter.

Primo ut non habeat respectus ad bo-  
na contemptibilia sc̄z bona fortune: sc̄z ad  
bona nature vel gratie: honorare aliquē  
pter bona fortune et despicer bona ho-  
norabilia. s. bona nature et gratie magne  
stultitie est. Seneca: Quādmodum stul-  
tus est qui equū empturus non equū sed  
stratani et frenos conspicit: sic stultissim⁹  
est qui ex ueste aut ex conditione que mo-  
do uestis nobis circundatur hominē ex-  
istimat. Secūdum enim Gregorii in mo-  
ralibus: psonam hominis accipere est ho-  
minez non quia homo: sed propter aliqd  
quod circa ipsum est honorare. Secun-  
do quialicet omnes homines sint hono-  
randi tanqz ad imaginē dei facti: amplius  
tamen honorandi sunt boni tanqz fili⁹ dei  
et tanqz qui a spiritu sancto inhabitātur:  
Prie Corin. iiij. Templū dei sanctum ē qd̄  
estis vos: qd̄ specialiter cōpetit viris reli-  
gioſis: quia et ipsi sunt deo dedicati ut tē-  
plū et habitatio spiritualis per gratia⁹.  
Unde templum est spccialis domus dei et  
ercentis nobilitatis edificium: quare  
optime dicit Aug. in regula: honorate de-  
um in vobis inuicem cuius templa facti  
estis. Tertio honorandi sunt pre ceteris  
prelati qui loco dei sunt: iuxta illā Eccle-  
siastici. x. In medio fratrum rector illorū  
in honore. Luius autēz est honorille nisi  
ei⁹ cuius est magister. Unde Maxim⁹  
in sermone quodā. Dignitas que defert  
ministris illi cuius sunt ministri exhibet.  
Quarto honorandi sunt pre ceteris sacer-  
dotes maxime pabulum celeste ministrā-  
tes. Ecclesiastici. viij. Honorifica sacerdo-

xxij.

clij.

teo. et prie Thimo. v. Qui bene presunt  
duplici honore habeātur digni: maxime  
qui laborant in scientia et doctrina. Se-  
quitur. Monum instrumentum (quod  
sibi quis fieri non vult alij non faciat.)  
Hoc preceptum est iuris naturalis in cor-  
de hominis scriptum: in quo vniuersali-  
ter prohibetur omne nōcumentum p̄oxi-  
mi. Sunt autem duo precepta iuris natu-  
ralis in corde hominis scripta quibus ple-  
ne continetur regula dilectionis proximi  
quorum p̄imū habetur. Tho. iiiij. Quod  
ab alio tibi oderis fieri: vide ne aliquan-  
do alteri facias. scdm habet Math. vij.  
Quicunqz vultis ut faciant vobis homi-  
nes et vos eadem facite illis: qd̄ intelligē-  
dum est de velle rōnabili et ordinato tan-  
tum: De istis duobus beatus Augustin⁹  
libro de vera religione ita loquitur: Ea ē  
regula dilectionis ut quicunqz vult ho-  
mo sibi bona prouenire et p̄oximo velit:  
et que accidere sibi mala non vult et pro-  
ximo nolit. Hanc voluntatē erga omnes  
seruet. Hic autem notādum q̄ adimple-  
re hoc videlicet facere alijs que vult ho-  
mo sibi fieri in casu necessitatis est prece-  
ptū: in alijs vero est supererogationis.

Duo iuris  
naturalis p̄  
cepta.

Regula dile-  
ctionis et qn̄  
alijs facere q̄  
nob̄ volum⁹  
fieri sit prece-  
ptum vel ne.

C Tractus. V. Car. xxj. de x. xj. xij. et  
xij. instrumentis vbi de multiplici ab-  
renunciatione et castigatione carnis.

**D**equitur decimū instrumen-  
tum (Abnegare semetipm  
sibi et sequatur christuz) qd̄  
sumptuz est et christi doctri-  
na. Lu. ix. dicentis. Si quis  
vult post me venire abne-  
gante semetipm et sequatur me. Abne-  
gatio autem suipius ut dicit Basilius est  
totalis preteritorum obliuio et recessus a  
proprijs voluptatibus. Et Gregorius su-  
per Ezechielem: semetipuz abnegat qui  
mutatus ad meliora: incipit esse qd̄ non  
erat et desijt else qd̄ erat. Et origenes: ab-  
negat aliquis seipsum dum vitā prius in  
malicia consuetā alteratiōe debita cōmu-  
tat: puta qui dudū in lascivia viterat ab-  
negat seipm lascivū cū sit castus: et simili  
abstinētia cuiuslibet criminis suipius ab-  
negat seipm lascivū cū sit castus: et simili  
abstinētia cuiuslibet criminis suipius ab-

Abnegatio  
suipis⁹ q̄ sit.

d vj